



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

De Nomine, & definitione Periodi. Capvt V.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

Μεῖζον τ' εἰσιδέειν καὶ πάσχειν οὕτων  
ιδεῖσθαι.

Κα-δὲ κάρκτος

Οὐλας ἵκε κόμας ὑπονεύσινθεν  
όμοίας.

Haud dissimili ratione, sine numeris quasi  
pannis, & ceatibus hispida videtur oratio:  
mox eorum decore temperata, lera, florens,  
illustris emicat.

Tantum in periodis ad exornatiuam praesertim orationem momenti solum est, ut quadrigae albæ videantur, quibus Regina triumphat eloquentia. Has si omni ex parte sustuleris, Rhetoricam perdit, humilem, & abiecam facias necesse est. Neque vero cum periodon laudo, grandes illas ubique verborum circumscriptiones probari velim, cum etiam contractiores multum habeant venustatis. Exempli affert Halicarnassensis ex Platone, Demosthene, & Aeschine.

*Plato.  
Διπτυχοφ.  
Δέσπ.*

Εργαν γάρ εὖ πραγχέντων λόγῳ καλέσ-  
τηντι, μέντη, καὶ κοσμῷ γίνεται τοῖς πρά-  
ζασι πικρὰ τὸ ἀκτάντωμ. Quae licet breuis  
sit, haber tamen additamenta, ad explendum  
numerum.

### DEMOSTHENES.

Ο γάρ οἰς ἀν ἔγώ ληρούσιν ταῦτα  
πράττουν καὶ κατατκευσόμενος, οὐτο-  
λμοί πολεμεῖ, καὶ μήτωβάλη, μῆτε το-  
τένη.

### AESCHINES.

Ἐπὶ σωτὸν καλέσι, ἐπὶ τοὺς νόμους κα-  
λέσι, ἐπὶ τὸν δημοκρατιαν καλέσι.  
Hæc, inquit, quamvis contorta, & rotun-  
da, numerosæ suavitatis verbis au-  
gentur, quæ si dissoluas, flo-  
rem gratiae sustin-  
deris.

### De Nomine, & definitione Periodi.

### CAPVT V.

Periodus dicta est metaphora ducta à cur-  
su circula, quem cursores obibant in sta-  
dio. Definitur à Demetrio Phalero.

Συνθετις περιγμένη, & σύσημα ἐπικά-  
λον ἡ κομμάτων εὐκαταστρόφων, πρὸς τὴν Demetrio  
διάνειαν τὴν ὄντος μέντην. Phaler. Ida  
Ab Aristotele tertio Rheticorum λέξιν; Rhetic.  
ἀρχὴν ἐχεστα καὶ τελευτὴν Plenius, & clari-  
rius à Cornificio describitur. Densa, & con-  
tinens frequentatio verborum, cum absoluti-  
one sententiarum. Cicero modo ambitum,  
modo comprehensionem verborum, alias  
complexionem, nonnunquam circumtum, con-  
uersiōnēm, orbem, cl. uulam, continuati-  
onem nominat. Ex quibus satis appetatur, quid  
sit periodus. Talis autem videretur iusti, in ora-  
tione pro Cæcina. [Si quantum in agro, lo-  
cisque desertis audacia potest, tantum in foro,  
arque in iudicijs impudentia valeret. Non  
minus in causa cederet Aulus Cæcina, Sexti  
Ebuwii impudentiæ, quantum in vi faci-  
enda cessit audaciæ.] Hæc 4. Colis suis aperte  
distinguitur.

Cauendum est porro vehementer, ne iusta Quid sit  
periodi explendæ gratia, quo melius cadat, cœendum  
aut volvatur oratio, inanis quedam verba in periodi.  
inculcemus, quasi complementa numero-  
rum. Nihil frigidius est, puerilius, & à vera,  
germaniaque eloquentia magis alienum, quam  
vbi materia non patitur, sed res est presse;  
& rotundè ( qualia multa in tercia dicendi  
figura occurunt) efferenda, periodorum  
tractu inanem distendere orationem. Præte-  
rea nō tam aliam esse vincit, aliam  
solutam orationem. Vincta proprie dicitur,  
quæ periodis decurrit, soluta, quæ licet suos duplex  
pedes, & numeros habeat, noui est tamen his in vincta,  
circumscriptionibus certa lege recurrentibus & soluta,  
illigata. Talis est Herodoti ut plurimum  
locutio: Taliā etiam in Demosthene, & Cice-  
rone multa occurunt. *Ιστορίας* dicta, in qui-  
bus non est periodorum ratio requirenda.

Aristoteles fusam elocutionem compa-  
rat cum Dithyramborum Anabolis, quæ sunt. Arif. I. 3.  
Iogæ sermonis excusione, statu lege minime. *Κατ. c. 9.*

ecurrentes. Veram vero, quae dicitur periodus, cum strophis, & antistrophis Lyricorum.

## De diuisione Periodi.

Pneumate, Clavi, Chiasmo, &amp;c.

## CAPUT VI.

Periodorum variae traduntur a Rhetoribus diuisiones, quarum aliae ad sensum verborum, aliae ad structuram pertinent. Ego, ut omnem ambiguitatem submoueam, grauiores primum diuisiones afferam, minutias deinde suo loco discutiam.

*Quid pness-  
mperi-  
dum.*

Primum, una est, quae ab Hermogene appellatur πνεύμα, spiritus, & definitur σύνδεσις λόγω διάνοιαν ἀπαρτίζον τὸν κώλοτον, καὶ κόμματον μετέθλιψιν πρὸς τὴν διάκρισιν τῆς πνεύματος κατὰ τὴν φωνὴν τῆς λέγουσος; Structura orationis, quae sensum membris, in cisisque definitum, ad oratoris spiritum, & vocem accommodat. Talis dicitur iusta periodus.

*Quid Clau-  
si.*

Alia dicitur Clavis, ἡ κλεῖς θόρυβον τίνει, ἡ ἀλυθὺν περίοδον τὴν διάπλευσιν ἀπεγκατική σύνοδον. Decursus totius argumenti breuiter comprehensus. Et hæc tam communis est Rhetorum, quam dialecticorum. Appellatur autem clavis, quod ut clavis ostium, sic expeditè referat vim argumenti.

Aliae nomen habent à diuersis figuris, quibus contexuntur, inter quas nobilis est χιαζόμενη.

*Quid spis-  
tios χια-  
zōmēn.*

Est autem periodus χιαζόμενη, cum in quadrimembri circuitu, utrisque propositionibus amba reditiores respondent, & contra, ut apud Demosthenem Olynth. 2.

Ο μὲν γέρος Φίλιππος ὅσῳ πλέονα ὑπὲρ τὴν ἀξιαν πεποίκη τὸν αὐτὸν, τοσθέτον διαυματότερος παρὰ πᾶσιν οὐδετέρων. Υμεῖς δὲ, ὃνδρες Αθηναῖοι, ὅσῳ χείρον ἡ προσπίκη κέχρηδε τοῖς πράγμασι, τοσθέτονα φορύνων ἀφίλητε; Etenim Philippus, quo plura supra suam ipsius dignitatem fecit, eo plus habet apud omnes admirationis. Vos autem, vires Athenienses, quō peius, quam par erat, rebus ipsis eis, eis maiori dedecore afficiuntur.

Dicitur autem χιαζόμενη, quasi decussata à χ litera, quae crucis in modum intersecantibus ictibus duabus obliquis lineis figuratur. Unde & χιαζόμενη figura, quando quatuor positis, tertium secundo responderet, & conuenit quartum primo.

Alia ἴστρελῆς & ἵστρευρος, hoc est, quadrata, quatuor membris aequalibus constans.

Alia rotunda τρογύλως ἀπολεπρεμένη, rotundæ, & concinna, quasi torno facta, ut loquitur Plutarch. de auditione. Itaque nomen potius est omnium elegantium periodorum generale, quam speciale.

Alia ἐπιτημητικὴ, sive intrepatoria diciatur, bresus, & expedita, ut Φίλιππος ἀντέτητε τοῖς θεοῖς, ταῦτα ὑμῶν τινες οὐδάδεποιέσθι, Philippus quidem a Diis postularet, ea ipsa, quæ vestrum plerique faciunt.

Alia γνωμικὴ, sententiosa, ut εὐπρότερη παρὰ τὴν ἀξιαν ἀφορμὴ τῆς κακῶς φρονεῖν τοῖς ἀνόντοις γίνεται. Prosperis rebus uti supra meritum, stultis occasio est male sententiadis.

Alia ἀποφαντικὴ, enuntiativa, quæ fit per rectos casus, ut ἀλλ' ὁ γὰρ εὐεστοις οὐτεῖνος σφετερικόμενος.

Alia per interrogationem, ut τις γέρος διὰ τὴν εὐεστον σφετερικόμενος: τις ὁ καταλαμβάνων Ορέδον, Quis Eubœā sibi vendicat? quis cepit Orcum?

Alia ἐλεγκτικὴ, redargutoria, ut si dicas, num hic ipse est, qui Eubœam sibi vendicauit, qui cepit Orcum.

Affert & δεκτικός, & δρυγτικός, & ἀπογορευτικός, demonstrativas, negatorias, prohibituas. Sed Græculæ sunt istæ diuisionum minutiae, nunc ad cæteras partitiones veniamus, quæ ex periodi partibus, & membris colliguntur.

## De partibus Periodi.

## CAPUT VII.

Duae sunt periodi partes, Colon, sive membrum, sive intermissio, & Comma, quod intercisiō pariter, & articulus nominatur.

Nn 2

Mem-